Fragmentarium

tionem meam dns oronem meam suscepit Erubescant et contur
bentur vehementer oms inimici mei convertantur et erubescant
valde velociter Aii Servite dno in timore et exultate ei cum
Domine deus meus in te tremore Aii Domine deus meus in te
speravi salvum me fac ex omnibus persequen Ps
tibus me et libera me Nequando rapiat ut leo
aiam meam dum non est qui redimat neque qui salvum faci
at Domine deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis
Si reddidi retribuentibus mihi mala decidam merito ab inimicis
meis inanis Persequatur inimicus aiam meam et comprehen
dat et conculcet in terra vitam meam et gloriam meam in pulverem
deducat Exurge dne in ira tua et exaltare in finibus
inimicorum meorum Exurge dne deus meus in precepto quod man
dasti et synagoga populorum circumdabit te Et propter hanc in
altum regredere dns iudicat populos Iudica me dne secundum
iustitiam meam et secundum innocentiam meam super me Con
sumetur nequitia peccatorum et diriges iustum scrutans corda
et renes deus Iustum adiutorium meum a dno qui salvos
facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis et patiens
numquid irascetur per singulos dies Nisi conversi fueritis gla
dium suum vibrabit arcum suum tetendit et paravit illum
Et in eo paravit vasa mortis sagittas suas ardentibus
Ecce parturit iniustitiam et concepit dolorem et pe
perit iniquitatem Lacum aperuit et effodit eum et incidit
in foveam quam fecit Convertetur dolor eius in caput eius et
in verticem ipsius iniquitas eius descendet Confitebor dno
secundum iustitiam eius et psallam nomini dni altissimi Ps
Domine deus noster quam admirabile est nomen tuum
in universa terra Quoniam elevata est magnificentia

ba delictorum meorum Deus meus clamabo per diem
et non exaudies et nocte non ad insipientiam michi Tu
autem in sancto habitas laus israhel In te speraverunt
patres nostri speraverunt et liberasti eos Ad te clama
verunt et salvi facti sunt in te speraverunt et non sunt
confusi Ego autem sum vermis et non homo obpro
brium hominum et abiectio plebis Omnes videntes
me deriserunt me locuti sunt labiis et moverunt ca
put Speravit in domino eripiat eum salvum faciat
eum quoniam vult eum Quoniam tu es qui ex
traxisti me de ventre spes mea ab uberibus ma
tris mee in te proiectus sum ex utero De ventre
matris mee deus meus es tu ne discesseris a me
Quoniam tribulatio proxima est quoniam non est qui
adiuvet Circumdederunt me vituli multi tauri
pingues obsederunt me Aperuerunt super me
os suum sicut leo rapiens et rugiens Sicut aqua ef
fusus sum et dispersa sunt omnia ossa mea Factum
est cor meum tanquam cera liquescens in medio
ventris mei Aruit tanquam testa virtus mea et
lingua mea adhesit faucibus meis et in pulverem
mortis deduxisti me Quoniam circumdederunt me canes
multi concilium malignantium obsedit me Fode
runt manus meas et pedes meos dinumeraverunt
omnia ossa mea Ipsi vero consideraverunt et in

License: cc-by-nc – Frauenfeld, Kantonsbibliothek Thurgau, X 746, front pastedown – Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8n8u/10923/78968)